

*ohne Widmung*  
DISPUTATIO JURIDICA

De

RESCRIPTIS MO-  
RATORIIS SIVE INDUCIIS  
QUINQUENNALIBUS.

Quam

Auxiliante supremo Numine

Permissu Magnifici ꝛtorum Ordinis in inçlyta Wittebergensium  
Academia.

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi

DN. HENNINGI *Grosset*

J. U. D. Prof. Publ. Facultat. Juridic. p. t. Deca-  
ni, Curia Electoralis nec non Judicij Provincialis per inferio-  
rem Lusatiam Assessoris, Illustrissimaque Vidua Elect. Sax. in  
Lichtenburg Consiliarij. Dn. Præceptoris, Promotoris  
atq; Agnati sui omni observantia cultu  
atatem colendi.

*publica disquisitioni subicit*

JOHANNES GEORGIUS NICOLAI  
Dresdens.

In Auditorio ꝛtorum.

Ad d. 22. Septembr. horis consuetis.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, ACAD. TYPOGR.

ANNO MDC. XXXVIII.

12  
26

1638  
38

10  
320



RESCRIPTORIIS: MO-  
RUM ORIS SVE INDIACIS  
GYNOURNALS

Dr. H. ...  
J. ...  
Johannes ...





## PRÆLOQUIUM.

**Q**uam dura olim & deploranda extiterit conditio eorum, qui ære alieno gravati solvendo esse desierant, ex venerandæ antiquitatis probatissimis Scriptoribus cuique manifestum esse arbitror. Quippe ante L. 12. Tabul. creditoribus suis operas tantisper edere cogebantur, donec iis plenissimè satisfieret, teste *Quintil. l. 8. orat. tract. c. 4.* Ex L. v. 12. Tabul. longè miserior eorum erat status, cum illo jure à creditoribus non solum in carcerem conjici, usq; dum extremum nummum persolverent, sed planè etiam in perpetuam servitutem addici, eorumq; corpora vinciri ac ligati, membraq; dilaniari poterant, uti ejus legis verba refert *Gellius l. 10. Noct. Att. c. 1.* quod tamen deinde per SC. quoad membrorum cruciatus aliquo modo mitigatum fuit, *Livius l. 8. decad. 1.* Verum cum illud quoq; durum & inhumanum videretur, ob æs alienum homines ita carceribus macerari, tandem ex singulari humanitate & commiseratione sapientiss. Imp: quo hujusmodi malo obviaretur, debitoribus obæratæ contra carceris & alias molestias, nova indulserunt beneficia, Cessionem bonorum, & Inducias quinquennales sive Rescripta moratoria. Quorum posterius cum priori longè mitius & humanius sit in eo, quod debitorem non omnibus ad eò bonis exuere soleat, ideoque etiam frequentius à debitoribus, hisce præsertim funestissimis temporibus, quibus

bus benè multi obætorum debitorum ex improvisis & fatalibus casibus in primis truculentissimi Martis furore solvendo esse desinunt, acceptari videmus. Adeoq; cum Materia Rescriptorum moratoriorum cognitu non minus utilis sit quam necessaria, ex mediis fere juris tam publici quam privati fontibus deprompta & temporibus nostris apprimè convenire videatur, non me operam perditurum putavi, si eam materiam in paucularum thesium fasciculum colligerem, justoq; ordine ac methodo pro ingenij tenuitate tractandam susciperem. Sit igitur,

## THESIS. I.

Antequam ad ipsam rem accedamus prius nominis derivationem (a) ejusque Synonyma præmittemus. Dicuntur ergò Moratoria rescripta à latino verbo, *Morari* (b) & quamplurimis appellationibus indigitantur. (c)

(a) *arg. l. 1. § 2. princ. de O. J. l. 1. in princ. ff. de reb. cred.* Sicuti enim ignoratis signis ignorantur signata, sic ignoratis verbis ipsas res ignorari necesse est *Timpl. l. 3. Metaph. c. 4. q. 9.* cum verba sive nomina nihil aliud sint quam rerum signa & notæ. *Wilhelm. Antonij in elegant. tract. de Rescript. Morat. tit. 3. concl. 3. n. 6.* qua etiam de causa ab etymologia vocum, non improbabilia ducuntur argumenta *Everb. in Top. loc. ab etymol. n. 1. conf. Ant. Fabr. in Jurispr. Papin. tit. 1. pr. 3. illat. 3.*

(b) quod vocabulum in jure nostro variè usurpatur. 1. sumitur pro habitare l. *Titius ff. de serv. exportand. l. Caja Sejo 13. §. 1. ff. de alim. legat. l. 2. §. 4. ff. de his qui not. infam. tot. tit. ff. ubi pupill. educ. vel morar.* 2. sumitur pro frustrari, tergi versari, l. 24. § 25. ff. *ex quib. caus. major. Calvin. in Lex. in verb. frustrar.* 3. sumitur pro cessare l. 6. *de usufr. leg. l. 12. ff. de Usur. l. 1. ff. de operib. publ.* Propriè tamen & magis frequenter id ipsum pro retardare vel differre, aufschieben / vorlengern / aufhalten accipi colligitur ex l. 5. §. 1. *ibi: quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur: (id est, retardare-*

tardetur:) ff. ut in possess. l. 91. §. 1. ff. de V. O. l. 6. ff. de Usu & Usufr. legat. l. 85. §. 2. de R. J. l. 10. fin. C. de Episcop. & Cler. quæ etiam significatio nostro instituto convenientissima est. Ideoque hæc rescripta merito appellantur moratoria, quod remorentur, h. e. retardent, impediunt differantque exactionem creditoris sive moram iniiciant ejus petitioni. *Wilhelm. Antonij d. tr. concl. 3. n. 15. Donell. l. 22. c. 9. ibiq. Hillig in not. ad lit. f.*

(c) Varijs appellationibus gaudent Rescripta moratoria 1. appellantur. Litteræ inducæ, dilatoriae, moratoriae. *Wilhelm. Ant. d. fr. c. 4. n. 6. 2. Exceptiones sive præscriptiones moratoriae l. 2. C. de precib. Imp. offerend. Zang. de Except. p. 2. c. 13. Meier. in Colleg. Pandect. Argent. tit. de except. th. 98. 3 Litteræ salvi conductus. Hillig in Don. Enucl. l. 22. c. 9. lit. f. not. 4. Securitatis promissiones Wilhelm. Ant. d. l. n. 7. 5. Litteræ gratiæ Hillig. d. l. 6. Status Ant. Fab. in C. rer. Sabaud. l. 1. t. 9. def. 15. 7. Induciæ sive dilationes quinquennales l. ult. C. quibon. eed. poss. Trentacinq. l. 3. resol. tit. de solus. resol. 1. & passim. 8. Vernacula nostra, Schussbrieff / Anstandsbrieff auff gewisse zeit zuzahlen / Geil. 2. obs. 46. n. 14. Quinquennelle, vel Quinquernelle K. A. de anno 1548 tit. vnd verdorb Kauf. S. vnd nach dem item de anno 1577. tit. 23. S. Wann Wbener. in Obser. Pract. verb. Anstandsbrieff Plerisque etiam in locis nominantur Eyserne Brieffe Wilhelm. Ant. d. l. n. 37. ad denotandam singularem vim & potentiam, quæ hisce literis inesse creditur, unde debitores dicuntur Eysern werden / Vent. de Valent. in Partib. Litig. l. 2. c. 9. n. 22. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 102.*

## THESIS II.

Hæc de Etymologia hujus vocabuli & ejus Synonymis, succedit definitio (a) Et missis aliorum definitionibus (b) cum *Wilhelmo Antonij* (c) definimus, quod sit beneficium (d) tam prisca quam novissimis Imperij constitutionibus (e) roboratum, quo debitori adversa fortuna (f) ad paupertatem redacto & debiti nomine agrè molestat o à Principe (g) vel ipsis creditoribus (h) aut ma-



jori eorundem parte, (i) dilatio modici temporis ex humanitate (k) indulgetur, (l) ut debitor interea ab importunis creditorum flagitationibus, carceris (m) aliisque molestiis liberato, ad meliorem fortunam reverti & bona sua coaugmentare valeat, ut elapsa dilatione suum deinceps consequantur creditores. (n)

(a) Nam ita benè advertitur, quid sit, de quo quaeritur l. 13. §. 3. ff. de reb. dub.

(b) Utpote *Rebuffi in tr. de liter. dilat. n. 3. Thoma Maulij in tr. de cession bon. t. 7. n. 1. Major in Colleg. Pand. Argent. tit. de except. th. 99. Ioh. Limneri tom. 2. l. 4. c. 8. b. 333. aliorumq.*

(c) In d. egreg. tract. de Rescript. morator. tit. 4. c. 5. per tot.

(d) beneficium dicitur non quidem simpliciter & per se, sed respectu majoris mali evitandi, quod ex ipso infortunio & creditorum tam verbalibus quam realibus molestiis ipsaque adeò bonorum cessione timetur, quae omnia harum induciarum beneficio evitari possunt ex l. fin. C. qui bon. ced. poss. *Wilhelm. Ant. d. l. n. 9.* Sic etiam ipsa bonorum cessione licet debitorem omnibus facultatibus exuere, eumque usq; ad peram & saccum excutere soleat. *Hillig. in D. E. l. 27. c. 9. lit. p. not. beneficium dicitur l. 1. 4. 7. C. d. t. Brunn. de cession bon. §. princ. 1. n. 1.* Beneficium autem loco generis ponitur, ut comprehendat utramque dilationem, tam eamquae à Principe, quam quae à creditoribus datur, Licet induciae Principis ab inducijs creditorum longè differant, nec sine gravi errore confundi possint *Hillig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. a. a. not.* cum ille sc. Principis nitantur jure privilegij & quatenus ipsum Principem respiciunt pertineant ad jus publicum, hæc v. sc. creditorum jure pacti, quod servari naturali æquitati conveniens est l. 1. in pr. ff. de pactis, & respectum unice habeant ad jus privatum, ideoque dicuntur exceptiones pacti conventi temporalis, seu de non petendo intra certum tempus *Zang. de Except. p. 2. c. 12.*

(f) Et quidem jur. civili l. 2. (quam tamen legem *Curiacius l. 2. obs. 10. Ant. Fab. 25. error pragmat. 3.* perperam de inducijs moratorijs vulgò accipi putant, sed nervos è refutati ab *Hillig. in D. E. d. l. lit. c. not. l. 4. C. de precib. Imp. offerend. l. fin. C. qui bon.*

*ced.*



ced. poss. (nam in libris ff. ne hilum quidem reperire est, teste *Wilhelm Ant. d. tr. tit. 2. n. 2*) In novissimis Imperij constitutionib. Reformation guter Policey zur Ausspurge de anno 1548. tit. von verdorbenen Kaufleut. §. fin. Item P. D. zu Franckfurt gebessert 1577. tit. 23. §. Wann a solche: An jur. Sax. & in terris Sereniss. Elect. Sax. rescripta moratoria locum habeant? Nobis affirmativa arridet per ea, quæ tradit *Zobel. p. 2. differ. jur. civil. & Sax. d. ff. 30. n. 10. Coler. de process. p. 1. c. 9. n. 29.*

(f) Induciæ n. hujusmodi uti & cessio bonorum l. per. ff. de jur. dor. Nov. Elect. Aug. p. 2. const. 22. §. vnd nach dem / non decoctoribus & Bancoruptoribus qui suo vitio, dolo, & propria culpa bona in fraudem creditorum abliguriendo ad paupertatem sunt redacti, cum illis tanquam dolosis jura non subveniant l. 1. pr. de dolo. l. 37. fin. ff. de minorib. vid. *Strach. de decoct. p. 6. num. 20* sed infelicibus illis debitoribus, uti eos vocat *Nov. 6. qui fortunæ asperitate & injuria casibusq; fortuitis, auß vnvorsehenen zugestandenen vnsfällen* / ut loquitur *Recess. Imp. de anno 1548. tit. von verdorb. Kaufl. §. vnd nach dem / bonis sunt exuti, concedi debent. Hillig. in Don. Enuel. l. 22. c. 9. tit. f. not. Hering. de Fidejuss. c. 5. n. 104.*

(g) Et si Principis vocabulo in ll. ut & jure feudali propriè solus Imperator veniat l. princeps ff. de ll. l. 1. ff. de constit. Princip. §. sed quod princip. *Inst. de J. N. O. & C. c. 1. de nat. feud. l. 1. Wesenb. in w. & C. de legib. & constitut. Princip. n. 2. & 3. confer Limnerum tom. 1. jur. publ. c. 2. n. 9.* In hoc tamen proposito non tantum Imperatori sed etiam reliquis Imperij statibus & Principibus inferioribus rectè attribuitur c. 1. de prohib. feud. alienat per *Frideric. Reisinger de regim. secul. & Ecclesiast. l. 1. cl. 4. c. 3. n. 2. Matth. Steph. de Jurisdic. l. 2. p. 1. c. 6. n. 22.*

(h) Quod ferè absque dubio. Si enim creditores debitori totum creditum remittere, quidni etiam solvendi dilationem prolongare possint? arg. l. 22. ff. de R. J. idque maxime in eorum cedit commodum, ut debitores res suas conquirere, eoquè melius deinde solvere valeant *Strach. de decoct. p. 6. n. 20. Consultat. Sax. p. 3. 9. 105. n. 3. & 6.*

(i) *Vid. ib. 6.*

(k) l.



(k) *l. fin. C. qui bon. ced. quæ causa proxima hujus beneficij, ut  
chi. sequenti dicendum erit.*

(l) ubi tamen notatu dignum, oportere prius privilegium istud  
debitori esse denunciatum & exhibitum, ut debitori prodesse de-  
beat. *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 5. n. 13* quia ignorantia privilegij  
in dubio præsumitur *l. 3. ff. de jur. & fact. ignor. & ita in Cam. Im-  
per. observari tradit Barth. p. 1. 2. 3. 4. 5. selectiss. sentent. Cameral.  
verb. privileg.*

(m) idiomate nostro, *Schuldthurn* in quo tantis per detinen-  
tur debitores obærat, usque dum creditoribus satisfaciunt *vid. Co-  
les. de proc. execut. p. 1. c. 6. n. 8. 9. 10.*

(n) ex quibus colligitur, hoc beneficium nequaquam debito-  
rem à debiti satisfactione liberare, sed tantum jus creditoris su-  
spendere, ne ei intra certum tempus debitum exigere liceat. *Wil-  
helm. Ant. de tr. concl. 6. n. 16.*

### THESIS III.

Causa proxima Rescriptor: Morator. est ratio misera-  
tionis & æquitas (a) quæ principes ad ea communicanda  
impellit. (b)

(a) æquum enim maximè est afflictos & egeos privilegij ali-  
cujus beneficio sublevari. *l. 7. C. de nat. liber. cum summa confea-  
tur pietas, quæ pro paupertate facit, l. 74. C. ubi egestatem ejus præ-  
tendebant ff. ad SC. Trebell. præsertim si afflictio non ex propria  
culpa sed ex adversa fortuna & casibus torturæ advenit. Geil. 1. obs.  
18. n. 5.* Suadent id ipsum tum leges divinæ & naturales, tum etiam  
charitas Christiana, quæ ex naturali illa cognatione, quam inter  
nos Natura constituit, *l. 3. ff. de J. & J. hominem beneficio affici  
& conservari jubet l. 7. ff. de serv. exportan. vid. Hillig. in D.E. d. l.  
tit. enot. Tessauro. decis. 186. n. 3.*

(b.) principem justissime & absque peccato talia rescripta con-  
cedere, nemo fere est qui dubitet. Quippe cum Princeps secundum  
Deum, communis sit omnium parens *Nov. 158. in fin. ejusque  
propriam commoda subjectorum investigare, eorumque calamita-  
tibus diligenti cura mederi, inquit Imp. Lothar. l. 2. F. tit. 52.*

Thesis

## T H E S I S   I V .

Concedere possunt Inducias Imperator (a) Papa, (b) Rex Romanorum, (c) Vicarii Imperij (d) Principes & Status Imperij (e) aut eorum loco Cancellaria & Dicasteria principalium suorum autoritate utentes, (f) & summam quicumque Reges & Principes, superiorem in suis territorijs non recognoscentes. (g)

(a) jus rescripta Morator: concedendi Reservatis Imperatoriae Majestatis & Regalibus majoribus, quæ personæ & oisibus Imperatoris coherent. *Dnn. Carpzov. de regalib. tb. 6. annumeratur,* quod innuit textus in *l. 2. ibi: rescripto nostro § l. 4. C. de precib. Imp. offer. item l. ult. C. qui bon ced. poss. ibi: à nostra majestate.* *Policey Orde de anno 1577. §. wann aber ibi: Das ihnen hinfüro keine Moratoria gegeben werden sollen wir oder unsere nachkommen/ Röm. Keyser oder König etc. ubi imp. sibi soli & Romanorum Regem potestatem reservat, conf. reformirte P. D. de anno 1548. §. und nach dem Wilbel. Ant. consl. II. n. 5. Ant. Fab. in C. rer. Sabaud. l. 1. tit. 9. definit. 13. Whener. in Observat. Pract. verb. Anstandsbrieff. Neque hoc caret ratione. Siquidem hæc rescripta ex notoria Germaniæ consuetudine conceduntur ex privilegio & gratia, privilegiorum autem & rescriptorum concessio est signum supremæ & legibus solutæ potestatis, neminique nisi soli Imperatori competit. *l. 1 §. fin. § l. 3. ff. de constit Princip. §. 6. vers. planè Inst de I. N. G. § C. Aur. Bull. tit. 8. Reikingk dict. tr. l. 1. c. 3. c. 12. n. 4. qui est fons & scaturigo omnis dignitatis Heig. p. 1. quest. 2. n. 7. à quo tanquam à perenni fonte omnis juris Jurisdictio & privilegia in reliquos promanant l. unie. ff. ad L. iul. de ambit. l. 1. §. 4. ff. de off. præfect. urb. Pauer. de Jurisdic. l. 2. c. 4. n. 22. ita ut verè eorum promus condus dici queat Wilbelm. Ant. d. l. n. 10. unde § in literis induciar: quinquennialium semper apponi solent verba: ex plenitudine potestatis, auß Röm. Keyserl. macht vnd gewalt/ de cujus clausulæ vi & efficacia vid. Roland. à Valle l. 1. consil 3. n. 128.**

(b) nam & is in suis territorijs regalia sive jura Majestatis se exercere gloriatur *Dnn. Carpzov. de Regalib. tb. 107. § 108.*

B

(c) per



(c) per text. express. in d. Ordinac. Polit de anno 1548. tit. 23. §. vnd nach dem ibi: Wir oder Römischer König/ cum nullum sit dubium cum perpetuum Imperij Vicarium existere, mandatum habere cum libera. Matth. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 2. n. 51. & seqq. ita ut absente vel impedito Imperatore omnia jura Imperatoria exerceat. Aur. Bull. tit. 5. Cammerg. Ord. p. 1. tit. 1. §. nemlich wollen / aliisq; multis Imperij Recessib. ubi vulgata illa formula, wir oder im Abwesen Römischer König Arumaus vol. 3. jur. publ. disc. 24. tb 165.

(d) puta Illustriss. Elector Saxoniae & Palatinus, qui ex dispositione Aur. Bull. t. 5. vacante sede Imperiali vices Imperatoris gerunt, judicia exercent, de feudis investiunt (exceptis feudis majoris dignitatis, der Fürsten Jahnteil) de quibus solus Imperator cognoscit d. t. 5. A. B. R. A. de anno 1521. §. vnd behalten vns Limnaus de jur. publ. tom. 1. lib. 3. c. 12. n. 71. ) redditus colligunt, omniaque ea, quæ ipse cujus vices gerunt expedire, & iisdem prærogativis ac privilegiis gaudere soleant l. 1. C. de off. Vicar. l. 1. C. de off. eor. qui vic. alt. judic. & hoc multis rationibus probat Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 13.

(e) qui etiam ex legitimis & justissimis causis rescripta moratoria concedunt: Limneus l. 4. tom. 2. jur. publ. c. 8. n. 329. Matth. Steph. d. tr. l. 2. p. 1. c. 7. n. 388. Ex quo enim tempore Principes per modum feudalis beneficii & investituræ, jura territorialia, die Landsfürstliche Obrigkeit exercere cœperunt, eoq; nomine quisq; jura Cæsaris & omnimodam in suos subditos Jurisdictionem exerceat, & tantum potest in suo territorio, quantum Imperator in universo Wesenb. conf. 27. n. 29 p. 1. Knichen de sublim. territ. c. 1. n. 361. Wbener. in Obs. Pract. verb. Landsfürst Obrigt (salvis tamen in reliquo Majestatis Cæsareæ Reservatis, ohne schmälierung der Keyserl. hoheit vnd Reservaten) uti id latè deducit Reik. ngk. d. tr. l. 1. cl. 5. c. 6. per tot. exinde quoque hoc superioritatis jus & eminentiam in iisdem usurpant Wbener. d. l. Hillig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. g. not. In hoc autem notabiliter inter se differunt Morator. Rescript. quæ ab Imperatore & ea quæ à Principibus conceduntur. Nam Induciæ Imperatoriæ earumque vis se in totum Imperium & quemlibet Imperii Romani subditum, etiam in alterius quam Impe-

Imperator: territorio degentem vigore absolutæ potestatis plenissime se extendit, cum Imp. Dominus sit totius mundi *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 3. C. de quadr. prescript. l. 32. C. de appellat. & cum quovis inferiore Principe in jurisdictione & territorio illius concurrere valeat* Hammelius de action: c. 4. n. 70. quod etiam ex diplomatib. Cæsar. usitatis apparet, ubi inter alia verba ista: *gebieten hierauf allen vnd jeglichen des Reichs vnterthanen vnd vorwanten.* Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 70. n. 23. item concl. 12. n. 18. Rescripta autem Principum cum territoriis suis recipiuntur, & eousque earum auctoritas iervatur illæsa, quousque se jurisdictione talibus provinciis implantata diffundit, ita quidem, ut se debitores contra creditores eidem non subiectos, frustra tueantur. Hilig in Don. Enucl. l. 22. c. 9. lit. g. not. Limneus de jur. publ. tom. 2. l. 4. c. 8. n. 329. quia Principum inferiorum potestas certis conclusa est limitibus, utraque territorij fines protendi nequit, multo minus contra non subditos *l. ult. de Jurisdic. l. 2. 9. §. territor. ff. de V. S. c. 13. XI. de Judic. l. 3. ff. de off. Præs. Geil. de P. P. l. 1. c. 16. n. 28. Knich. d. tr. c. 4. n. 4.*

(f) Idiomete nostro, die Regierungen oder Kanzleyen / quæ cum personam Principis in omnibus fere sub nomine & sigillo ejus repræsentent, ideoque quod ejus auctoritate fit, per ipsum Principem fieri censetur *arg. l. 35. ff. de contrab. empt. conf. l. unic. §. 1. de offic. Præs. Prator.*

(g) quilibet enim Rex sive Princeps extraneus in regno sive ditione sua æquiparatur Imperatori, obtinetque Regalia sive Majestatis jura eaq. ve omnia potest, quæ specialiter Imperatori sunt reservata *Otto de jur. publ. s. 1. fol. 320. Arumæus l. 3. jur. publ. disc. 7. ch. 9. §. 64.*

## THESIS V.

An quoq; Camera Imperialis (a) potestate Rescripta moratoria concedendi gaudeat, maximè est controversum. Nobis negativa sententia verior videtur. (b)

(a) vel supremum illud tribunal, ad exemplum Parlamentorum in aliis locis ad dirimendas lites & controversias constitutum,



am, quod non solum Imperatorem, sed etiam omnes imperij status repræsentat *Buxtorff. ad A. B. concl. 61. l. b. not.*

(b) *cum Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 13. num. 30. & Johan. Herman. Stamm. in Epist. dict. tr. Wilhelm. Ant. præfixa.* Etsi negandum non videtur, Cameram Imperialem esse augustissimam, ita ut Imperatorem quoad justitiæ administrationem repræsentet. *Geil. l. obs. 1. n. 7. Otto de jur. publ. c. 1. p. 346.* vice nomine & autoritate Imperatoris judicet, ejusq; sigillo utatur. *Ord. Camera p. 3. l. 12. §.* Unde so solche / adeoq; concurrentem cum Imperat. obtineat jurisdictionem *Reking. d. tr. l. 1. §. 4. c. 49. n. 24.* ea tamen nos non ita movent, ut exinde Cameræ hanc potestatem attribuamus. Nam quod de concurrentia jurisdictionis dicitur, ea saltem de contentiosa non verò voluntariæ jurisdictionis actibus intelligenda est. *Geil. d. obs. 1. num. 7. Reking. d. tr. l. 2. cl. 2. c. 14. n. 17. Willb. Anton. d. l. n. 31. Stamm. in dict. Epist. aliq; & tantum abest, ut ea potestas ad privilegia & cætera Imperatoris Majestati Reservata, accommodari possit. Quin etiam privilegia & alia ejusmodi reservata nunquam Cameræ communicata esse tradit. Pauerm. de jurisd. l. 2. c. 6. n. 56.* quanquam cognitionem de ejusmodi Rescriptis Principum vel etiam de induciis Creditorum suscipere, eaque rectè confirmare posse statuat. *Idem Wilhelm. Ant. d. concl. n. 30. & seqq.*

## THESIS VI.

Licet autem Quinquennales Inducias indulgere solius sit Imperatoris, & eorum, qui jura superioritatis, exercent, jure tamen & consuetudine, etiam Creditores (a) aut major eorundem pars, in præjudicium reliquorum (b) debitoribus obaratis inducias concedunt, modo omnes auditores sint præsentes (c) & absentes citentur. (d)

(a) *perl. ult. c. qui bon. ced. poss.* hoc enim beneficium non tantum in debitorum sed & creditorum gratiam est introductum, quo debitores durante dilatione res suas locupletare, debita à suis debitoribus exigere & fructa, dilatione eò melius postmodum solvere valeant

valeant. *Stracha de decoct. p. 6. n. 20. Whener. in O. P. verb. Anstano*  
*dtbrif. Et magis expedit creditoribus, debitores quinquennale spa-*  
*cium arripere, quam ad miserabile cessionis bonorum auxilium*  
*confugere Strach. d. l. cum semper, per cessionem bonorum jus cre-*  
*ditoris efficiatur deterius, per moratorium vero beneficium in ni-*  
*hilo ferè, nisi in temporis & solutionis termini prorogatione, læda-*  
*tur, & jus ejus per omnia remaneat salvum & integrum. Petrus*  
*Greg. in Synag. jur. univ. t. 22. c. 7. n. 4. Wilk. Ant. d. tr. concl. 69.*  
*n. 43.*

(b) *text expres. in d. l. ult. C. d. t. ibid. quod pluribus placuit hoc*  
*statuatur. Trentacinq. l. 3. res. tit. de solut. resol. 2. Mullerus l. 4. se-*  
*mestr. c. 6. n. 6. ubi secundum hanc opinionem aliquoties respon-*  
*sium refert. Zang. de Exceptio. p. 2. c. 12. n. 2. qui fatetur eandem sen-*  
*tentiam etiam in d. caetero Wittebergensi receptam. Wilhelm.*  
*Anton. d. tr. conclu. 15. n. 1. Hocq; in tantum procedit, ut hæc dilatio*  
*facta à majores creditorum parte tam hypothecarios quam arrestan-*  
*tes creditores impediatur, quo minus durante dilatione debitorem*  
*molestare queant, sicuti notat novissime Excellentiss. Dn. Bene-*  
*dict. Carpzov in Jurispr. Forens. Roman. Saxon. p. 2. const. 22. desin.*  
*29. Majorém autem partem hic d. finimus, non ex numero cre-*  
*ditorum, sed ex mensura seu quantitate debiti vel interesse l. 5. ff.*  
*de pact. l. 14. ff. de pos. l. 14. ff. de reb. autorit. jud. possid. Calvin. in*  
*Lex. verb. Major pars. Ant. Fab. in C. l. 1. c. 9. desin. 6. n. 3. Ex-*  
*cipiuntur tamen hic casus quidam, in quibus major pars mino-*  
*ri præjudicare nequit, Veluti, si debitor quibusdam creditori-*  
*bus cum juramento fuerit obligatus. Hellig. in D. E. L. 21. c. 19.*  
*l. aa. q. Trentacinq. d. resol. 2. n. 12. 2. Si sententia majoris partis*  
*manifestam continet iniquitatem, quo casu minori parti à sen-*  
*tentia majoris partis appellare licebit, & pendente ista appella-*  
*tionem nihil à majore parte ulterius attendandum est. Strach.*  
*de decoctoribus p. 6. n. 17. 3. Si creditores illi, qui inducijs consen-*  
*tiunt, sint ficti, asciti, & subornati, quo casu actus moratorius ex de-*  
*fectu causæ efficientis pro nullo & vitioso habendus, Wilhelm.*  
*Ant. d. l. n. 50. & seqq.*

(c) Ratio est: quia sive à collegio consensus sit explicandus, sive  
à pluribus ut singulis, dummodo in actu isto major pars præju-  
dicet.

dicet minori, semper illi debent esse simul. l. 7. §. ult. l. 8. ff. de pact. l. rescripta ff. eod. tit. Trentacinq. d. resol. 2. n. 6. Pauerm. de Jurisd. l. 2. c. ult. n. 52. Petrus Greg. in synt. univers. Juris l. 22. c. 7. n. 3. facis hic maximè c. venerabil. X. de elect. L. fin. ibid. omnib. in unum condunatis debitisq; eorum computatis ipse eos antecellat. C. qui bon. ced. poss.

(d) arg. l. 47. ff. de re judic. l. 39. ff. de adopt. Geil lib. 1. obs. 48. n. 2. Rosbach in process. jur. civil. tit. 22. n. 32. qui si per contumaciam comparere recusent pro præsentib. & consentientib. habendi sunt, & præsentes actum rectè expedire poterunt; Rosbach. in process. jur. civ. tit. 12. n. 11.

## THESIS VII.

Hucusq; vidimus de causa efficiente: pervenimus nunc ad personas, quibus hoc beneficium est concessum. Datur ergò in specie Mercatoribus, (a) civitatib. collegijs sive Universitatib. (b) etiam nobilib. & Illustrib. familijs (c) etiam Judæis (d) & generaliter omnib. debitorib. obæratib. qui non suo vitio & culpa, sed fortunæ asperitate, casibusque fortuitis ad inopiam sunt redacti. (e)

(a) qui ob momentanea ferè pericula & adversos casus, quibus non rarò miserandam bonorum stragem sentiunt, sæpius hoc beneficio quàm alij indigent: Willb. Ant. d. tr. concl. 20. n. 54. An verò ex noviss. Imp. Recept. alijs etiam quàm mercatoribus hæc induciæ sint concedendæ? Affirmamus: per subsequencia argumenta. I. Quia ratio æquitatis hujus beneficij in dd. Recept. ibi. Das sie aus unvorsesehenen fällen ihre Leib und Güter verderben sein etc. est generalis. Quia prænominatæ cõstit: Imperij, von verderbenen Rauffleuten expressè se ferunt. ad L. Cod. veter. in verbis illis. Das in solchen fällen / quæ verba omnium Dd. sententia sunt relativa, neque, de solis mercatoribus sed de omnibus personis exaudienda, cum unius inclusio non sit alterius exclusio, quando casus inclusi non jure speciali, sed communi determinantur Menoch. de arbit. judic. cas. 64. n. 18 nec usquam per novissimas Imperat. constit. expressè, nominatim, & specialiter correctum apparet. l. precipimus C. de appell.

(b) Quorum



(b) Quorum nomine Syndicus rectè intercedit. *VVilb. Ant. d. tr. concl. 18. n. 1.* Et hoc casu civitates juris communis auxilijs & jure privatorum licitè utantur. *L. 15. ff. ad Sc. Macedon. L. 36. d. u. S. cum etiam in puncto restitutionis in integrum pupillis & minoribus æqui parentur. L. 3. c. de jur. Reipub. L. 4. ex quibus causis. major. facit generalitas. text. tam in l. 2. § 4. de precib. Imper. off. l. fin. C. qui bon. ced. poss. quam in memorata Imperii constitut. qui generaliter loquuntur. Limitationem tamen hoc recipit, ut adversus debitores privilegiatos, puta contra Ecclesiam pias causas, pupillos vel alias personas favorabiles hoc beneficio gaudere non possint. Uti in terminis ab Imperat. Ferdinando 2. Anno 1624. in rescripto moratorio civitati Goslariensi concessio decisum esse refert *VVilhel. Ant. d. tr. concl. 18. n. 67. edit. secund.**

(c) quorum dignitatem conservari publici utile est. *Nolden de nobil. c. 21. n. 8. Pruckm. vol. 1. conf. 32. n. 23.* cum familia absq; bonis sordescant arg. *l. quisquis C. ad L. Jul. Majest. at. quod etiam ad Doctores extendit. VVilb. Ant. d. tr. concl. 18. n. 61. edit. secund.* quæ ut plurimum nobilium privilegij gaudere dicuntur. arg. *l. 4. § 1. ff. de excus. tut. l. 2. §. fin. ff. qui per. tut. l. 2. §. 9. de ver. jur. enu. l. Nolden d. tr. c. 8. n. 123. 124. § seqq. Latè Harprechtus ad §. ult. Inst. de jur. pers. n. 11 § seqq.*

(d) Judæos quoq; hoc beneficio gaudere posse apparet. 1. Quod licet judæi de corpore Christianorum spirituali non sint, in alijs tamen pro civib. Romanis & membris civitatum, ubi degunt, habeantur, proinde etiam jure & legibus Romanis, ut & statutis licitè tam activè quàm passivè utantur, *l. Judæi. §. l. 9. 14. 17. C. de Judæis l. 21. C. de heretic. Trentacinq. l. 1. resol. 3. n. 1.* (exceptis tamen quibusdam casibus in quibus leges suas Mosaicæ, si modo res inter illos agatur. observant,) de quibus videndus *Speidel in Notabil. Historico Polit. Jurid. verb. Jüden 54* Unde ex stylo Camerae & totius Germaniæ consuetudine pro civibus Romanis habentur. *Mynsing. Cent. 5. obs. 6. Whener. in observ. Practi. verb. Jüden* quoscunque contractus cum Christianis rectè celebrant. *l. nemo. C. de Juda. Hartm. l. 2. c. 1. Misc. obs. 15. n. 12. Trentacinq. d. l. n. 6.* quæ tamen omnia ex medijs æquitatis fontibus proficisci nemo ambiget. Unde sequitur Justitiam Judæis perinde ac Christianis administrandam. &

& sic inducias concedendas esse, licet majori odio digni sint, & quandoq; à regulis æquitatis excludantur. *Gylman: Symphor. tom. 2 p. 1. vol. 29. n. 1. & 2. Wilhelm Ant. d. tr. conclus. 19. per. tot.*

(e) Casum fortuitum appellamus, qui nullo humano consilio provideri potest l. 2. §. si eo tempor. ff. de administr. rer. ad civ. pert. puta, si solo fortunæ vitio, veluti incendio, ruina, latronum, vel hostium incurfu, naufragio, furtis, viaquarum insolita, aut alia insigni calamitate quis opprimatur *Calvin. in Lex. verb. Cas. fortuit.* & tunc valet illa juris regula vulgata: Casus fortuitos absq; culpa, mora, vel speciali pacto incidentes inconsiderationem non venire nec ab ullo hominum præstari debere l. 6. C. de pignor. act. ibiq; *Gothof. l. 5. §. 4. ff. commod. l. 23. ff. de R. I. Treutl. disp. 20. th. 14. l. 6. disp. 24. th. 3. lit. c. f. g. vol. 1.* Nec ab hac sententiâ alienus text. in *Nov. Elect. Aug. p. 2. const. 22. §. Und behalten wir uns. Vork* ubi cavetur ne debitores ejusmodi casib. in carcerem publicum, den schuldthurn mittantur *Daniel Möller. ad d. Const. n. 8.* sicuti nec debitores hoc modo decoquentes infames fieri, nec cessione bonorum privari, aut ab officiis publicis removeri constat ex l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrogat novissimè, *Excellentiss. Dn. Carpzovius ad Const. Elector. p. 2. const. 22. definit. 5.* Hæc tamen omnia, sc. casus fortuiti à debitore specificè & evidenter probari convenit, cum ille, qui se fundat in aliqua qualitate, ad consequendum aliquem effectum, istam qualitatem omninò probare teneatur, l. 13. in pr. ff. de instit. act. l. 9. ibiq; *Dd. C. de his qui accus. l. 2. C. de testam. l. 18. C. ibid. l. 5. C. de fid. instrument. l. 5. C. de pignorib. Geil. 1. obs. 142. Benincoss. de privileg. paupert. q. 6. n. 2. Wilhelm. Ant. concl. 22. n. 7. 8. & seqq.*

## THESIS VIII.

Contra hoc beneficium non communicatur. Decoctoribus (a) Mercatoribus fallitis, Bancoruptotibus (b) mercatoribus minutatim vendentibus (c) debitori rei judicatae, (d) qui debitum inficiantur, (e) qui ei renuntiaverunt expressè aut cum juramento (f) qui post rescriptum contraxerunt (g) & nonnullis aliis.

(a) decoquere in jure nostro nihil aliud est, quam bona sua turpi-

turpiter consumere, effundere & abligurire l. 12. C. de suscept. prap.  
& art. lib. 10. Calvin. in Lex. verb. de coquere. Unde decoctores, qui  
substantiam suam turpiter consumunt l. 20. C. de Decurionib.

(b) Bancruptores dicuntur, die gefährlicher vnd berüglischer  
weise im schein trawens vnd glaubens geld vnd wahr ausbringen,  
entlehnen vnd nehmen / ihre handlung darmit zu üben / solches  
durch übermäßige pracht vnd vordenklich wesen / leben vnd andere  
wege / in verderben gerathen / darnach aufstehen / aufstreten vnd  
sich in andere Herrschafft in begiben / ut loquitur Reform. Pol. Ord.  
de anno 1548. tit. von verdorb. Kauf. alias everlores l. 2. C. de pala.  
tin. sacr. leg. nostro idiomate Bancaerottierer / quasi banco seu ban-  
cruptores, muthwillige Leutberrieger / so schulden haben außreisseul  
Besold. in Thesaur. Pract. verb. Bancaerott. Atq; hi cum non fortunæ  
vitio, sed sua culpa, dolo, & variis improbitatis artibus, in fraudem  
creditorum bonis suis furiosum faciant exitum l. 22. §. fin. ff. de tut.  
vel curat. dat, idque tantum agant, quo alius insidientur l. per in  
fin. ff. de jur. dot. ideo etiam illis tanquam dolois creditoribus &  
beneficio indignis, jura merito non patrocinantur l. 1. in pr. ff. de  
dolo, ne cuiquam calliditas sua profit, l. 11. §. ff. ad exhibend. l. 63.  
§. 7. pro soc. aut ex delicto suam conditionem meliorem faciat l. 134.  
ff. de R. I. sed potius eos debitis poenis subj ei & carceribus manci-  
pari suadent, sicut de illis in specie disponit d. Recess. Imp. it. B.  
W. D. tit. 23. Dignissimi enim illi sunt, qui tractentur more Mo-  
schovitarum, de quorum statuto circa fraudatores vid. Speidel. in  
Notabilib. verb. Bancaerott. vel Chinenium & aliorum populor-  
rum, quos refert Hering de Fideiuss. c. 5. n. 109. & seqq. Wilhelm.  
Ant. d. tr. concl. 13. n. 2. ubi simul decretum Civitatum Hansatica-  
rum Lubecæ 1620. promulgatum & Francisci 1. & Caroli 9. Galliæ  
Reg. ut & Heinrichi IV. sanctiones circa ejusmodi impostores re-  
censet, concordat Nov. Elect. Aug. constit. 22. p. 2. item Torgauisch  
Aufschreib. de anno 1583. tit. von denen so mehr aufborgen &c. Sed  
hæc quidem de Principem induciis & dilationibus. Aliud tamen di-  
cendum videtur, si creditores ipsi, vel major eorum pars, ultrò etiam  
his, qui culpa sua decoxerunt, inducias quasi luxuriando indulgere  
velint, quod eleganter probat, Wilhelm. Anton. d. l. n. 15. & seqq.  
Strach. de decoctores p. 6. c. 20. Ruland. de Commiss. p. 4. t. 9. c. ult.  
n. 8. Brunn. de cess. bon. 9. pr. 26. n. 1.

C

(c) Vena-



(c) Venalities illos & Propolas dico, vulgò Berdorbene Hans  
deisleure vnd Krämer / qui quæ ad usum cottidianum necessaria  
sunt, undiquaque coemunt, eademque rursus minutatim in duplo  
vel triplo pretio vendunt, de quibus loquitur. *Jetus in l. mercis ap-  
pell. 207. ibiq; Alciat. de V. S. Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 24. per tot.*

(d) Vim enim sententiæ & judicati hæc rescripta non remoran-  
tur. *Guid. Pap. decis. 97.* eò quod res judicata habeatur pro veritate  
*l. res judicat. ff. de R. I. n. 8.* jus faciat inter partes *tot. tit. C. de  
par. R. 7. num. 8.* jus faciat inter partes *tot. tit. C. de re  
rejudic. l. 25. ff. de stat. hom. VVesenb. paratitl. de re jud. n. 8.* nec præ-  
textu novorum instrumentorum possit retractari *l. 4. C. de rejud.  
l. 35. ff. eod. tit. nisi condemnatio fuerit spontanea Tessaer. decis.  
186. n. 7.* vel obligatio judicati novata fuerit. *Hillig. in D. E. l. 22.  
c. 9. lit. h. not. Anton. Fab. in C. l. i. r. 9. def. 4.*

(e) arg. *l. 10. §. 1. ff. de fidejuss. Costal. ad. l. 84. n. 13. ff. de jure  
dot. l. sed hodie §. quod autem ff. de rejud. sacratis.* leges enim sem-  
per mendacia severè puniunt, mendacesque odio prosequuntur,  
uti videre est ex similibus facti speciebus *in l. 4. C. ad L. Aquil. ibiq;  
Richard. l. n. §. 3. ff. de interrogat. in jur. faciend. l. 43. §. 3. ff. de  
furr. l. ult. C. de accusat. c. si quando 5. c. sedes 15. X. de rescript. He-  
ring. de Fidejussoribus c. 19. n. 69. & seqq. Wilhelm. Ant. d. tr. concl.  
25. n. 5.* ubi hanc assertionem duobus modis limitat.

(f) quod ferè absque dubio est. Quippe ex regula illa juris  
vulgata constat, quemlibet favori in suum commodum introdu-  
cto firmiter renunciare posse *l. pactum ff. de pact. l. 29. C. cod. tit.  
c. si diligenti X. de foro compet. cum hominis provisio tollat pro-  
visionem leges l. fin. C. de pact. convent. Moller. ad Const. Elector.  
Aug. p. 2. eo ff. 42. n. 42.* Idque eò magis procedit, si juris jurandi  
religio accesserit, quæ certè ijs renunciationibus robur adjicit  
*arg. l. 14. C. de transact. & plus operatur, quam simplex renun-  
ciatio c. debitor X. de jurejur. Hillig. d. l. lit. m. not. & ita quoad  
simplicem renunciationem interminis Imp. Ferdinand. 2. in causa  
Civitatis cujusdam, quæ moratoria præscriptionis beneficio re-  
nunciaverat, judicasse refert. Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 26. n. 1.* Li-  
mitantur autem præcedentia, nisi in rescripto expressa mentio fiat  
renunciationis vel juramenti, per clausulam illam: renunciatione  
vel juramento non obstante. *Trentacing. l. 3. resol. tit. de solut. re-  
sol.*



(b) quia dispositio Principis generaliter loquens non extenditur ad actum juratum, qui neque sub dispositione indefinite loquente continetur. *Besold. in Thesaur. Pract. verb. Quinquennell* Neque Princeps actui jurato derogare velle intelligitur *c. constit. 9. X. de rescript. Everb. in top. loc. à vijuram. n. 31.* quod sanè mirum non est: Juramentum enim æquiparatur sententiæ ac rei judicatæ, *l. 11. fin. ff. de jurejur. Hillig. in D. E. l. 24. c. 9. lit. b. fol. 1259.* trahit secum executionem paratam *Setzerus de juram l. 1. c. 25. n. 123.* habetque vim expressæ renunciationis *l. 77 §. 23. ff. de legat. 2. c. ex rescript. 9. X. de jurejur. Hering. de Fidejuss. c. 27. p. 1. n. 46. Geil. 2. obs. 27. n. 23.* Nisi de mente Principis liquidò constet, illum rescripto suo debitorem cum juramento obligatum juvare voluisse, *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 30. n. 23. 24.* qui tamen hic providissimam circumspeditionem propter juramenti religionem adhibendam censet.

(c) *l. 3. C. de precibus Imperat. off. l. ult. si contra jus.* Interest enim Republicæ, ut debita fiscalia, quam citissime exigantur, *l. 3. C. de primip. Nov Just. 17. c. 7. §. 1. & alias.* Fiscus amplissimis & insignibus gaudet privilegijs *tot. tit. ff. de jur. fisc. tit. C. de privileg. fisc. quæ in specie recenset Mejer. in Coll. Pandect. Argent. tit. de jur. fisc. l. 34.* Nisi Princeps ex speciali clementia Fisci sui velit remittere privilegium & pinguiorem debitoris fortunam expectare: *l. 4. §. 10. ff. de jur. fisc. Besold. d. l.*

(d) per *l. 3. C. de precib. Imp. offer. Ant. Fab. in C. l. 1. tit. 9. de finit. 20. n. 9. Hillig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. m. not. p. 970.*

(e) Ecclesia enim est cultrix & auditrix iustitiæ & æquitatis *Cothm. cons. 30. n. 118. vol. 1.* ideoque æquum est, ut ipsa vicissim promoveatur, absque omni injuria defendatur *arg. tot. tit. ff. quod quisq. jur. cum summa sit. ratio. quæ pro religione facit. l. 43. ff. de relig. & sumptib. funer. Tiraquell. in tr. de privileg. pie caus. priv. 146.* Et certè debita Ecclesiastica nullam dilationem recipiunt, *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 32. n. 12.* imò in quacunque dispositione excepta præsumuntur *glöfs. in c. 2. de reb. Eccles. non alienand.*

(f) si quidem Ecclesia, fiscus, pupillus & minor æquiparantur *c. 1. de in integr. restitut. & pupillorum & viduarum.* causa assimulatur paupertati. *Tiraq. in præfat. tr. privileg. pie caus.*

*caus. in vers. relicta viduis.* Unde pupilli & viduae in iure nostro dicuntur personae miserabiles, *Armselige Personen* *lit. C. quando Imp. inter pupill. vid. & alias miserab. person. Calvin. in Lex. verb. miserab. personae Speidel in Notab. verb. Armselig Personen.*

(g) per ea quae tradit *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 35. per tot. Car. dinal. Tuschus pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 270. n. 2. Matth. Berlich. pract. concl. p. 1. concl. 5. n. 37.* eò quod privilegiatus non utatur privilegio contra pariter privilegiatum *arg. l. 1. §. pen. ff. de minorib. l. 4. ff. de recept. arbitr. maximè si sit in eadem causa. Trentacinq. l. 1. resol. tit. de rescript. resol. 1. n. 3. Decian. resp. 102. n. 1. vol 3.*

## THESIS X.

Excipiuntur quoque debita nova & recentia, (a) futura & supervenientia, (b) debita ex causa delicti, (c) depositi, (d) alimentorum, (e) dotis, (f) studiorum, (g) conductionis operarum, & generaliter in pensionibus ex locatione rerum, quarum fructus conductor percipit. (b)

(a) v. g. si agatur de pretio eduliorum & rerum commestibilium vel similium, quorum solutio statim & in promptu fieri debet, vmb bahr geld/ nisi à creditore data sit dilatio *l. 2. ff. de Nundin. l. in omnib. obligat. ff. de R. J. Ant. Fab. d. l. definit. 20. n. 13. Besold. in Thesaur. Pract. verb. Quinquennell. Hallig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. m. p. 971.* Vel si quis cum extero & transeunte mercatore contraxerit *per l. Aurelius ff. de liberat. legat. Trentacinq. l. 3. resol. tit. de solut. resol. 1. n. 18. Hallig. d. l. lit. 1. Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 36. n. 2.*

(b) *vid. tb. §. lit. g.*

(c) *arg. l. strer. ff. de rejud. nemo enim improbitate sua juvari aut ex ea commodum reportare l. 1. ff. de dol. l. 31. ff. de recept. arbitr. cum similibus.* sed potius male meritis publicè, ut Jetus ait *l. 31. ff. deposit. ut exemplo aliis sit ad deterrenda maleficia, etiam egestate laborare debet.* Ideoq; nec hoc casu Principis est, viam delictis aperire *l. 1. C. de his qui ven. et at. impetr. l. 2. in fin. de indict. vid. sed illis potius omnibus viribus obviare l. congruit ff. de offic. Praesid. proem. Inst. ibi: calumniantium iniquitates expellat in pr.*



confer. l. 51. §. 2 ff. ad L. Aquil. l. 14. C. de poen. VVilhelm. Ant. d. tr. concl. 38. per tot. Hillig. in D. E. l. 2. c. 9. lit. b. not.

(d) idque propter exuberantiam bonæ fidei & amplissima privilegia quibus hic contractus præ cæteris abundat. Hinc i. restitui modo fidei depositarii conceditur ad arbitrium deponentis absque ulla mora est restituenda, l. 1. ibi: quam celerrimè sine aliquo obstaculo restituant C. de pos. ibiq; Scharf. l. 3. §. 1. ff. nau. caup. nec ullam compensationem, deductionem, admittunt c. bona fid. ult. X. de positi. l. pen. C. eod. l. ult. C. de compensat. §. 28. Inst. de actionib. nec per tertium arrestari vel alio modo impediri potest. Nov. 88. c. 1. Rittersb. in Comm. ad Nov. p. 3. c. 1. n. 10. 2. In iudicio depositi summarie, & executive proceditur, uti notant Dd. in l. pen. C. de pos. Coler. de process. exec. p. 3. c. l. n. 19. 20. & seqq. nec depositario condemnato datur quadrimestre tempus ad solvendum iudicatum, Trentl. p. 1. disp. 26. th. 7. lit. c. ibiq; Bachov in not. quod tamen aliis debitoribus ad solvendum iudicatum competit l. 2. C. de Usur. rei iudic. 3. Deponentes quoad rem depositam in concursu creditorum omnibus privilegiatis creditoribus præferuntur l. 7. §. 2. ff. de positi. l. 8. eod. tit. Churs. Sächs. N. Proc. Div. tit. 42. §. da rumb wann eiter. Ex quibus omnibus liquet rescriptis in causa depositi minimè locum esse, ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad invidiam trahatur, ut loquitur Justinianus Imp. in l. pen. C. de positi. VVilhelm. Ant. d. tr. concl. 39.

(e) quippe alimentorum causa maximè futurorum & quæ debentur inopi est favorabilis & pia l. 14. §. 1. de alim. & cib. legat. Nov. 131. c. 13. §. 1. ibi: egentium pabula & alias pias caus. Moller. ad Const. Elect. Aug. p. 1. const. 28. n. 36. ex quibus vita hominis dependet l. 6. ff. de alim. & cib. leg. l. 4. ff. de liber. agnos. VVilhelm. Ant. concl. 40. per tot. quænam alimentorum nomine veniant vid. l. 6. ff. de aliment. & cib. legat. Calv. in Lex. in verb. Aliment. Pfeil. cent. 1. conf. 95. n. 3. Hillig. in D. E. l. 12. c. 4. lit. I. not. Pruckm. consil. 15. q. 3. n. 29 & seq. vol. 1. Speidel. in notabilib. Jurid. Politic. Histor. verb. Unterhaltung.

(f) arg. l. 2. ff. de jur. dot. quæ æquiparatur causis alimentorum Coler. in tr. de alim. l. 2. c. 10. n. 5. nullam quovis prætextu retentionem seu retardationem admittens l. unic. §. 5. vers. sed nec C.

de rei



de rei uxor. act. nisi dilatio concederetur per Creditores, & tunc  
l. fin. C. qui bon. ced. poss. etiam in dote locum habet. *Trentacinq.*  
d. l. n. 23.

(g) *Ant. Fab. in C. rer. Sabaud. l. 1. t. 9. def. 20. n. 11. Hillig. d. l.*  
*lit. m. not. p. 971.* Hoc probatur, quia causa studiorum concernit  
publicam utilitatem *aut b. habita C. ne filius pro patr. ibiq. Dd. proem.*  
*Inst. §. fin. rescripta autem contra jus & utilitatem publicam nul-*  
*lum robur obtinent. l. 3. §. 7. C. de precib. Imp. off. l. ult. C. si advers.*  
*utilit. publ. Pauerm. de Jurisd. l. 2. c. 4. n. 60.* Quia studia & doct.  
æquipparantur *Lucius de privil. Schol. p. 16.*

(h) quia plerunque ex redactione pensionum locatores sibi  
alimenta parant. *Cujacius in Nov. 88. circ. med. vers. in casib. pen-*  
*sion.* Hinc pensiones dicuntur cedere in locum fructuum *l. præ-*  
*dior. 36. ff. de Usur. l. ancillar. 27. §. 1. & l. merced. 29. ff. de petit. her.*  
*redit. Decian. resp. 80. n. 32. & resp. 84. n. 39. vol. 4. & alimentorum*  
*WVilhelm. Ant. d. tr. concl. 43. n. 1. & seqq.* Tum quod ipso iure con-  
ductori prospectum sit nec opus, ut ad hoc extraordinarium re-  
scripti remedium recurratur *l. 16. ff. de minorib. Consent. Boer. decis.*  
*296. Ant. Fab. in C. definit. 20. n. 4. & 5.*

## THESIS XI.

Illud hic pro regula quasi generali notandum, Mo-  
ratoriis rescriptis in iis debitis, casibus & materiis, quæ  
de jure, statuto, rescripto, stylo & consuetudine, omnem  
moram & dilationem excludunt, & in continentem fieri &  
adimpleri debent (a) aut executionem paratam habent  
(b) ordinariè locum esse non posse nec debere.

(a) veluti sunt 1. lites rationum & reliquationes *Quæstorum*  
*wann ein Vogt/ Rentmeister oder Schösser / für den Rest so er we-*  
*gen seiner Amtsrechnung schuldig angelangt wird. WVilhelm. Ant.*  
*d. tr. concl. 43. n. 22.* 2. emptio bonorum sub hasta. *Idem d. l. n. 25.*  
*Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 79. Berlich. p. 1. concl. practicab. 81. n.*  
*82.* 3. Literæ Cambii *Wechselbrief / quoniam illæ paratam exe-*  
*cutionem & vim publici instrumenti obtinere dicuntur Gratian.*

*disce*



*disceptat. forens. tom. 3. c. 569. n. 25. vid. Ruland. de Commiss. p. 2. l. 5. c. 12. n. 10. Berlich. p. 1. concl. 80. n. 86. Wilhelm Ant. d. tr. concl. 43. n. 25. edit. secund. 4. debita in diversorijis publicis, cauponis & pande heis contracta, quæ cum recentè contrahantur dilationem non admittunt. V. Wilhelm Ant. a. l. n. 26 & seq. vid. ib. preced. lit. a. 5. debita Opificum & mercenariorum, vulgò Tag miedr'vnd Siedlöhner/ illorum enim debita non solum jure divino, Levit. 19. v. 13. Deuteronom. 24. v. 14. 15. Matth. 10. v. 10. & passim, sed etiam jure civili & positivo sunt privilegiata: Jure Sax operarij, famuli & mercenarij omnibus creditoribus præferuntur, text: im Landrecht l. 1. art. 21. conf. Nov. Elect. Aug. p. 1. c. 28 in pr. ibique Excellentiss. Dn. Carpzov. def. 24. § 25. Churff. Sächs. R. P. D. tit. 42. § vnd nach diesen/ Consultat. Sax tom. 2. p. 39. 105 Berlich. tom. 1. concl. 64 n. 65. ibiq. alleg. quænam sub nomine Siedtlohn veniant vid. Speidel, in Notab. verb. Siedtlohn Churff. S. R. P. D. d. l. d. §. vers. es wird aber. V. Thener. in Obs. Pract. verb. Siedtlohn. V. V. l. m. Anton. d. l. n. 28. ubi id eleganter etiam ad Salaria Advocatorum, Medicorum & Professorum liberalium artium, ut & Consiliariorum & Officialium, typographos & milites emeritos extendit.*

Q. (b) Hic suboritur quæstio An etiam hæc rescripta extendantur adversus Instrumenta Guarentigiata? Affirmativæ sententiæ addimus calculum. Etsi quidem Instrumenta ista ex Ordinat. Provinc. tit. Von vorsakten Briefen vnd neaelt/vim definitivæ sententiæ obtineant, & paratam habeant executionem in dorso, & absq; ullo ordine judiciali executioni demandentur, nec eis ulla nisi satisfactionis vel solutionis exceptio opponi possit. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 14 & seqq. Rauchbar. p. 2. q. 25. n. 98. Zang. de Except. p. 3. c. 26. n. 54 & seqq. Moller. l. 2. semestr. c. 18. non tamen dubitamus, quin nihil obstante tali instrumento adhuc rescriptis moratoriis relinquatur locus. 1. Instrumenta guarentigiata ad privatam duntaxat creditorum utilitatem pertinent, quâ potior debet esse publica auctoritas, videlicet rerum judicatarum. Ant. Fab. in C. lib. 1. t. 9. def. 5. n. 3. 2. quia hæc vis instrumenti non est ex jure communi, nec tantæ rationi naturali ut sententia ininitur, ideoque eò facilius ei derogari potest. Hillig d. l. p. 697. Menoch.

*Menoch de arbitr. jud. quest. cas. 17. n. 1. per. l. 40. ff. de minorib.*  
3. Constitutiones & statuta interpretationem recipiunt ex jure com-  
muni l. 2. C. de noxal. act. c. cum dilectus 8. extr. de consuetud. ergo  
hæc constitutio Sax. vel aliud simile statutum quasdam exceptio-  
nem ex jure communi ad impediendam executionem  
paratam omnino admittere, statuendum est, præsertim si istæ ex-  
ceptiones sint notoriæ, & in eorum probabiles *Coler. d.*  
*tr. p. 4. c. n. 34. Rauchb. d. l. n. 102.* 4. Omnis conventio intel-  
ligitur hæc adjecta clausula: rebus sic stantibus: Cum ergo hic res  
in eo statu non perseveret, sed casu fortuito interveniente immu-  
tetur, absurdum non erit, ut conventioni aliquid detrahamus, &  
ita in specie quoad hæc rescripta statuunt *Vilhelm. Ant. d. tr. concl.*  
*46 per tot. Rauchb. d. l. Coler. d. tr. p. 1. c. 9. n. 31. Moller. 4. semestr. c. 6.*

## THESIS XII.

Non aliter autem hæc Rescripta communicantur,  
nisi ab Imperatore (a) Rege, Principe legitime in scriptis  
& quidem per libellum supplicem fuerint petita & postu-  
lata (b)

(a) & quidem ab Aulico Imp. consilio, den Kersel. Reichs  
Hofrath/cu causarum ad Cæsaream juris dictionem pertinentium  
disceptatio, aliorumque ferme omnium negotiorum ad Regalem  
Cæsaris potestatem spectantium, & in specie privilegiorum con-  
cessio committitur. *Pauer. de Jurisdic. l. 2. c. 6. n. 16. Limneus*  
*de jur. publ. vol. 3. l. 4. c. 4.*

(b) arg. l. quoties 2. ibi: aditus supplicanti pandatur, junctâ rubr.  
tit. C. de precib. Imper. offerend. *Cothm. cons. 68. n. 34. vol. 2. ubi*  
dicit, non tantum juris scripti esse, sed styli atque observantiae  
communis, ut in aulis non nisi ad libellum supplicem rescribatur, vel  
aliquid fiat, imò ne quidem inferior Magistratus officium sum-  
applicare possit, nisi imploratus l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. l. 20. ff.  
de except. rei judic. *Parth Litig. l. 2. c. 12. n. 13.* Unde Induciae sem-  
per præsumuntur concessæ ad instantiam partis, & non motu pro-  
prio concedentis, *Vilhelm. Ant. d. tr. concl. 17. n. 47. quanam in*  
tali libello supplice notanda veniant *vid. eundem d. tr. concl. 71. n.*  
*18. & seq. cujusmodi formulas aliquas refert ibidem ex process. Ca-*  
*meral: Noe Meurers p. 1. sub tit. 102. vid. & Speidel. in Notabilib. verb*  
*Quinquennell.*

D

Thesis.



## THESIS XIII.

Forma Rescriptorum Moratoriorum consistit potissimum in tempore. (a) Unde non tantum ad quinquennium, sed etiam minoris temporis spatium, quadriennale, triennale, biennale, annale vel brevius (b) concedi possunt, quorum tamen quinquennale tempus, praesertim in Imperio Romano est frequentius, (c) & ultra quinquennium extendi nequit. (d)

(a) quo tanquam certissima nota haec rescripta ab aliis discriminantur, late *VV. lib. im. Ant. d. tr. concl. 48. n. 7. & seqq.*

(b) pro varietate temporum nec non pro ipsa qualitate debiti & personae impetrantis, sicuti & gravitate infortunij perpepsi, quibus haec indaciae armantur & sic non uniformes redduntur. Sic in Gallia annales, biennales, triennes & quinquennales in usu sunt frequentissimi. *Cujacius 2. obs. 20.*

(c) ob temporis ubertatem & amplitudinem, nec non utilitatem vel commoditatem, qua reliquas dilationes exsuperat. Hoc satis evincit saepe alleg. *Recess. Imp. de anno 1548. §. vnd nachdem sic/ sub tit. von verdorb. Rauffeur. & de anno 1577. eod. tit. §. wann auch solchs/ §. 1. fin. C. qui bon. ced. poss. in quibus textibus nullius alterius quam quinquennalis dilationis mentionem fieri videmus.*

(d) ratio hujus fundatur tam in *d. l. fin. C. qui bon. ced. poss.* & utrisque Imperii *Recessib.* textibus & rubr. modò alleg. quibus in locis haec dilatio expressè ad quinquennium & ad tempus modicum restringitur. Ubi autem tempus pro forma à lege praescriptum non servatur, ibi nihil agitur & actus omninò vanus & inutilis censetur *l. 13. §. 4. ff. de excus. tut. Rauchb. p. 1. q. 3. n. 7.* Taceò etiam alias omnia Principum beneficia semper ita esse concedenda, ne in alterius tendant injuriam vel jus tertii quæ situm laedere existimentur *l. 8. ff. de prator. stipulat. l. 4. C. de emancipat. liberor. l. 2. §. si quis à Princ. Geil. 2. obs. 1. n. 14. obs. 58. n. 4. Ant. Fab. in jurispr. Papin. tit. 1. p. 2. conf. 3. p. 15.* Cum illis semper inesse dicatur clausula: salvo jure tertii, de cujus clausulae vi & efficacia vid.

vid. *Pruck. conf. 39. n. 74. vol. 1.* quam omnibus actibus tacite inesse  
juris naturalis & civilis præceptis, quæ alterum non ledere sed su-  
um cuique tribuere jubent § 3. *Inst. de J. & J. l. 10. § 1. ff. cod. tit.*  
commonemur, *Chorm vol. 1. resp. 95. n. 45. V. Wilhelm. Ant. concl.*  
48. n. 44. ubi tradit dilationem ultra quinquennii metam extentam  
ne quidem quoad quinquennium sustineri debere. Hæcque omnia  
usque adeo procedunt, ut ne quidem in favorem Ecclesiæ, præ causis  
& aliarum miserabilium personarum inducias ultra quinquennium  
extendere liceat, cum ita Ecclesiæ & aliis miserabilibus personis  
sit subveniendum, ne alteri ex hoc inferatur præjudicium & injusti-  
tia fiat *c. extenor. X. de for. compet. c. numer. 6. X. de donat. int. vir. &*  
*uxor. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 277. V. Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 48.*  
*n. 135.* Nisi justissima causa moveret Principem, sicuti Civitati  
Goslariensi ad octennium tale rescriptum communicatum tradit  
*Jd. c. 71. n. 52.*

#### THESIS XIV.

Formam seu necessarium requisitum concomita-  
tur Cautio fidejussoria (a) idonea (b) vel si ob paupertate-  
m fidejussores exhiberi nequeat, generalis hypotheca  
bonorum (c) si immobilia deficient, cautio juratoria, (d)  
à debitore & impetrante præstanda. Hæc autem omnia  
tum demum si ab ipsis Creditoribus fuerint petita (e)

(a) juxta tenorem *l. Univers. C. de precib. Imp. off.* quam nisi  
præstet debitor beneficio non gaudet *Geil. 2. obs. 46. n. 14 Tess. de-*  
*cis. 186. n. 7. Trentacinq. d. resolut. 1. n. 6.* modo ad carceres duci po-  
test *Wurmbf. obs. pr. tit. 28. obs. 9.* eamque necessitatem satis indicant  
verba illa in *d. l. Univ. C. d. t. ibi: non aliter nisi,* quæ verba talem  
inferunt formam specificam à qua non liceat recedere *c. cum dilect.*  
*X. de prebend. vid. Roland. à Vall. l. 4. consil. 63. n. 29.* Sanè optima  
ratione hæc cautio recepta est, ne debitor bona quæ adhuc salva re-  
periuntur intermedio tempore prodigaliter consumat, vel planè  
profugus fiat, & sic creditores fraudentur *Trentacinq. l. 3. var. re-*  
*solut. 1. n. 6. Guido Papæ decis. 109. n. 2. Besold. in Thesaur. Pract.*  
*verb. Quinquennell.* Et hæc cautio in omni qualicumque dilatione  
est præstanda *arg. l. unic. C. de precib. Imp. off.* Quæritur hic an ta-  
cis, cautio fidejussoria per Principem possit remitti? Negamus,

quia hæc satis datio est de natura & substantia hujus rescripti, ideo-  
que neque Princeps ex plenitudine potestatis eam remittere potest  
*Wilhelm. Ant. d. l. n. 7. & seq. ubi tamen n. 105. ead. concl. eam sen-*  
*tent: limitat.* An etiam hodiè fide jussoria cautio recepta? Af-  
firmativa videtur verior cum in Recessib. Imperij correctionis  
expressè & specificè non fiat mentio *arg. l. 28. ff. de legib.* Sed po-  
tius eam tacite & generaliter probari evincant verba, den gemeinen  
rechten nach *d. tit. von verdorb. Raust Limneus de jur. publ. l. 4. c.*  
*8 n. 340.* & juxta hanc sententiam processus in Cam. Imp. decre-  
tes esse civibus Francofurt. contra Civitat. Erfurd. anno 1520. te-  
statur *Roding. Pandect. Cameral. l. 4. §. 19 p. 187. Whener. in obs.*  
*Pract. in verb. Unstandtbr.*

(b) *d. l. univers. C. d. t.* Fidejussores idonei æstimantur 1. ex con-  
ditione facultatum, pro rei magnitudine in judicium deductarum,  
*l. 234. §. 1. ff. de V. S. l. 10. qui satis d. cog. 2. conveniendi facilitate*  
*l. 2. 7. qui satisf. cog. 3. vitæ honestate, si sint probatæ fidei nec*  
*aliqua juris infamia vel perfidiæ macula laborent. Hering. de fi-*  
*dejuss. c. 8 n. 52. & seqq. Franc. tr. eod. c. 1. n. 37. 4. si sint unius*  
*fori, ne fidejussor conventus fori præscriptione utatur, nisi renun-*  
*ciet isti suo privilegio l. 7. ff. qui satis d. Treutl. vol. 1. disp. 5. th. 7.*  
*lit. g.*

(c) quibus æquè providitur creditori ac si fidejussoribus caveri  
sibi sinat. *Hering. d. tr. c. 6. n. 120. & utroq; modo idoneè caveri*  
*dicitur l. 59. §. fin. ff. mand. Geil. 1. obs. 26. n. 6.*

(d) ex regula illa jur: generali: quod deficientibus alijs satis da-  
tionum generibus semper cautio juratoria admittatur *l. 1. §. 2. C.*  
*de assert. toll. Nov. 112. c. 2. Nov. 134. c. 9. Geil. 2. obs. 47. n. 8. Treutl.*  
*d. l. th. 2. lit. g. Ant. Fab. in C. l. 1. t. 9. def. 21. n. 4.*

(e) utpote de quorum præjudicio agitur *arg. l. si constante §. 2. ff.*  
*solut. matrim. & si satisfactionem neglexerint, damnum exinde re-*  
*sultans sibi imputare debent. l. quod quis 203. ff. de R. I. c. damn. 96.*  
*eod. tit. in 6.* In omni enim materia, in qua Judex potest ali-  
quid facere vel ex jure communi, vel ex forma statuti, hoc intel-  
ligendum est, si peratur à parte, uti ex quamplurimis Dd. tradi,  
*Mollerus ad Const. Elect. 19. n. 14. 15. 16. 17. 18. p. 1. Hillig. in. D. E.*  
*d. l. lit. aa. not.*

Thesis

## THESIS XV.

Effectus Moratoriorum nobiliores sunt. 1. quod debitori tribuant exceptionem (a) 2. impediant executionem tamen rem quam in personam (b) 3. usurarum exactiorem tempore Induciarum suspendant. (c) 4. incipiant currere à die concessionis. (d) 5. nec impedito currant. (e) 6. quod debitor eo modo debitum confiteri & agnoscere conseat. (f) 7. praescriptio non currat adversus Creditores. (g) 8. quod prosint etiam fidejussoribus (h) 9. etiam heredibus & successoribus. (i) & denique 10. debitor ad cessionem bonorum (k) non admittatur.

(a) quia mediante debitor obaratus se adversus importunas creditorum interpellationes tuetur.

(b) ideoque qui literas dilatorias impetrat, durante illa dilatione pro debito neque arrestari *arg. l. 2. C. d. t.* neque in carcerem publicum den *Schuldthurm* detrudi aut bona ejus pignori capi possunt, pulchre *Ant. Fab. in C. l. 1. t. 9. de jnu. 2. per tot. def. 13. in pr. Boer. decis. 296. n. 5.* vel si ante impetrationem in carcerem fuerit detrusus, relaxandus est. *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 51. n. 56. Ant. Fab. d. def. 2. in pr. def. 14. n. 1.* Id quod etiam Juri Sax conforme videtur, à quo aliud hoc casu expressè non est constitutum. *Zobel. p. 2. diff. I. C. & Sax. c. 30. n. 10.* Hodiernis moribus literis dilatorijs semper annectuntur verba. Gebieten hierauff allen vnd jeglichen/ Das sie obbenante freyheit an bemelten D. vnd seinen Erben fest vnd vnzerbrochen halten sie geruhiglich darbey bleiben lassen/ dara wieder nicht anfechten bekümmern noch beschweren bey vormeis dung vnser vnd der Reichs schwerer straffe! *Wilhelm. Ant. concl. 71. n. 23.* Sed quid si debitor interea pendente dilatione ad pinguiorem fortunam pervenerit, non ob stante dilatione an conveniri & executi poterit? Affirmat *Hillig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. not.* negativam nos amplectimur per ante trad. cum *Limne. tom. 2. jur. publ. l. 4. c. 8. n. 350.* quamquam debitorem, si interim ad pinguiorem fortunam pervenerit, non expectato termino solutionem debiti offerre posse putemus *Idem d. l. arg. l. pen. C. de pact. & l. 17. ff. de R. I.*

D 3

(c) accessio



(c) accessorium enim sequitur naturam sui principalis, c. access.  
de R. 7. in 6. cum similib. Reib. in Thesaur. Iur. tit. de access. & dilatio  
facta super sorte, videtur etiam facta super usuris tanquam accesso-  
rio l. 5. § 1. ff. quib. mod. hypoth. vel pign. solvit Cacher. decis. 129. n. 11.  
Itaque cursus usurarum medio tempore non omnino sistitur, ita ut  
finita dilatione una cum sorte exigatur, sed omnino currit &  
ad earum præstationem debitor finito tempore tenetur, eleganter  
& latè *Vilhelm Ant. d. 17. c. 63. n. 36. & seq. Anton. Fab. d. t. def. 8.*  
*Hill. g. d. l. lit. N. not. via. etiam Excellentiss. Dn. Benedict. Carpz. in tr.*  
*noviss. ad Constit. Elector. p. 2. const. 30. definit. 46. Dissentit Moller*  
*l. 4. sem. c. 7. n. 2. Treuil p. 2. disp. 24. th. 4. l. c.* An verò in dilati-

Q. one à debitoribus aut majori eorundem parte concessa debentur?  
Hic ante omnia inspiciendum esse, quid inter partes ante dilatio-  
nem actum fuerit, in dubio autem usuras hæc nihilominus effica-  
citer peti posse, tradit *Vilhelm Ant. d. 1. n. 329.* Secus autem se-  
res habet in usuris extrinsecis sive interesse, quæ cum ex mora, æqui-  
tate & officio Judicis debeantur, h. a. dilatio omnem moram & ces-  
sationem arceat, uti latè probat *Id. d. 17. concl. 59. per tot. per se peti*  
*nequeunt Tuschus tom. 4. pract. concl. lit. 7. concl. 298 nisi aliud pla-*  
*cuerit utrique parti, Gothm. resp. 52. n. 284. & seq. vol. 2.*

(d) exemplo omnium rescriptorum & privilegiorum, in quibus  
semper inspicitur tempus dati arg. c. curre de rescript. c. dilectus de  
decim. c. si propter de rescript. in 6. l. 2. de divers. rescript. *Ant. Fab.*  
*in C. l. 1. t. 9. def. 2. n. 2. Guido Papad. q. 1. n. 1. nisi expressè appa-*  
*seat Principem aliud voluisse Ant. Fab. d. 1. def. 3. n. 3.*

(e) Impedito inducias non currere extra dubium est veluti si  
tempore rescripti in carcerem conijciatur, nec inde eximatur, nisi  
de rescripti viribus judicetur, & interea aliquid temporis effluerit.  
*Ant. Fab. in C. l. 1. t. d. def. 2. n. 3. & seq. indeque propter impedi-*  
*menta carceris fatalia in Camera prorogata esse 11. Martij anno*  
*1583. in causa Albert Rügelti contr. Caspar von Guntershausen*  
*advertit Gothofr. Ant. in adversar. ad Geil. l. 2. obs. 140. Sed quid*  
*si currente dilatione à Principe aut Creditoribus concessa ab ijs-*  
*dem personis præsertim à Principe ex justissimis causis auß erhebe-*  
Q. lichen r. ch. meßigen Ursachen vnd bewegnissen (qua verba in for-  
mulis dilationum usitata) alia deinde concedatur, quando & quo-  
modo hæc dilatio computanda erit? Sanè à tempore prioris fini-  
tæ



is posteriori vires demum accipere verius est, quod late probat *Wilhelm*,  
*Ant. d. tr. concl.* 55. per tot. & ita in prorogatione Moratoria Civitat: Gosla-  
riensis anno 1626. ab Imp. Ferdinandi 2. facultatum refert *Id. d. tr. concl.* 7.  
n. 52. ubi formul. istius prorogation:

(f) arg. l. 5 C. de re judic. ibiq. *Gotbofr. Scharf. ad l. 2. C. de his qua vi n. 3.*  
*Pruckm. conf.* 9. n. 32. vol. 1 *Vilhelm. Ant. d. tr. concl.* 57.

(g) quod expressis verbis restatur l. ult. C. qui bon. ced. poss. ibi in fin.: nullo  
prejudicio creditorum ex quinquennali dilatazione circa temporalem prescriptio-  
nem generando, & alias regula juris sit: quod agere non valenti non currat  
prescriptio l. in fin. C. de annal. except. l. 30. C. de jur. dot. c. ex transmissa X. de  
prescrip. *Wesemb. parat. de usucap. n. 14.* maxime si juris sit impedimentum, uti  
constat ex d. l. C. d. t. vid. *Treutl. vol. 2. disp. 22. lb. 3. lit. p. ibiq. Bachov. in*  
*not. p. 380.*

(h) Ardua hic & multum agitata quaestio exurgit. An inducia mora-  
toria à Principe vel creditoribus debitori principali concessa etiam fidejuf-  
soribus ipsius prosint? Affirmativam amplectimur arg. § 4. *Inst. de replic. l.*  
*ii. C. de except. l. 19 ff. eod. tit. d. l. ult. C. qui bon. ced. poss. juncta l. 3 ff. de con-*  
*suet. Princip. l. 19 §. 1. de capt. & postlim. revers. Treutl. d. l. lit. b. cum i. hac*  
exceptio non sit merè personalis, uti volum. *Coler. de process. exec. p. 1. c. 4.*  
*n. 17. Francus de fidejuss. c. 2 n. 148.* ibidemque allegat. ut cessio bonorum  
& competentia, sed ipsam respiciant exactionem, ut aliquo tempore differa-  
tur, & se habeat ad instar pacti temporalis, ex quo nata exceptio sine omni  
dubio fidejussoribus prodest. *Bachov. in not. Treutl. d. l. p. 58 vid. Matth.*  
*Stephan. de Jurisdic. l. 2 p. 1. n. 394. Limneum vol. 2. jur. publ. l. 4. c. 8.*  
*n. 346.* Et hoc eò magis, si in rescripto fid. jussorum quoque mentio fiat  
*Ant. Fab. in C. d. t. g. def. 14. Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 66. n. 76. Hillig. in D.*  
*E. d. l. lit. bb. not.*

(i) Surrogatum enim gaudet qualitatibus & privilegiis ejus cujus in lo-  
cum surrogatur. *Everb. in top. loc. de vi surrog. Molter. 1. sem. 4. n. 1.* & he-  
reditas semel adito non amplius dicitur hereditas, sed proprium heredis pa-  
trimonium *Moll. d. l. n. ult. Treutl. 2. disp. 12. lb. 5. lit. d.* Hodie hoc nullum  
ferè habet dubium, cum in rescriptis haece semper heredum expressa mentio  
fiat, daß der debitor oder seine Erben/ solche zeit von niemandt not genommen  
der gerechtfertiget werden sollen. *Wilhelm. Ant. d. tr. concl. 71. n. 23. & seq. qui*  
*concl. 44. n. 481* idem in Induciis creditorum obtinere affirmat.

(k) ne duplici onere creditores graventur. *Hering. de fidejuss. c. 5 n. 127.*  
*Hillig. in D. E. l. 22. c. 9. lit. n. noc. Treutling. de resol. l. n. 30.*

THE



## THESIS XVI.

Affinia Rescriptorum Morator: sunt. 1. cessio bonorum, (a) 2. Dilationes quæ reo in Judicium deducto post libelli oblationem conceduntur, ut eo tempore secum deliberare possit, utrum contendere an vero cedere velit. (b) 3. Induciæ quæ condemnatis ex commiseratione jure speciali indulgentur (c) 4. Induciæ vel Treugæ apud hostes receptæ. (d) salvi conductus & deniq; quæcunque privilegia beneficia & rescripta, sub quibus tanquam vocibus generalibus rescripta Moratoria continentur.

(a) quæ est flebile legis beneficium, debitori pro carceribus evitandis concessum. l. 1. C. qui bon. ced. poss. de qua qui plura scire avet, adeat tit. ff. C. de cess. bon. §. ult. Inst. de act. Nov. 135. Brunn. de cess. bon. Trentacinq. l. 3. resol. tit. de solut. resol. 27. Hillig. in D. E. l. 27. c. 9. lit. p. not. ibiq; magn. num. allegat.

(b) quæ de jur. civ. sunt 20. dies text. in auth. offeratur C. de lit. contest. quandoque etiam trium mensium, quandoque sex, quandoque novem l. 1. C. fin. C. de dilat. In Cam. v. hæc tempora sunt arbitraria Geil. obs. 91. n. 13.

(c) l. debitoribus §. l. 2. C. de usur. rei jud. Jur. Sax. condemnatis ad rem restituendam 14. dies, Landst. l. 2. art. 5. Churf. Sächs. N. P. D. c. 39. §. nembllich in personalibus v. 6. septimanæ & 3. dies Sächsische frist/ N. P. D. d. l. S. wann aber. Bertich p. 1. concl. 8. n. 14. §. seqq. Tantum!

**T**empora mirificos spargunt presentia casus,  
In quibus haut facile est dicere jura vobis.

Si tibi deberet quicquam vir honestus in hisce

Qui quasi temporibus perdidit exul opes,

Quæritur: An possit quinquennem nomine salvo

Ulli ne solvat, poscere jure moram?

Injustum poterat censeris, commoda damno

Alterius sua nam quæ rere nemo potest.

Hic tibi quid juris fuerit monstrabit abundè

Ingenio VICTOR floridior POPULI.

Pergite verbosas Juvenes tractare Rubricas,

Sic faciet celsos Insula rubra viros.

Præstantiss. Dn. Nicolai, Autori & Resp. Con-  
victori meo cahrissimo scripsit.

M. Martinus Heinsius Fac. Phil. Adj.



Wittenberg, Diss., 1634-39


ULB Halle 3  
005 151 511




TA → OL

VDA 7







*ohne Widmung*  
DISPUTATIO JURIDICA  
*De*

*12*  
*26*

# RESCRIPTIS MO- RATORIIS SIVE INDUCIIS QUINQUENNALIBUS.

*Quam*  
Auxiliante supremo Numine  
*Permissu Magnifici ꝙtorum Ordinis in inchyta Wittebergensium*  
*Academia.*

*1638*  
*38*

SUB PRÆSIDIO  
*Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi*  
DN. HENNINGI *Grosz* /  
J. U. D. Prof. Publ. Facultat Juridic. p. t. Deca-  
ni, Curia Electoralis nec non Judicij Provincialis per inferio-  
rem Lusariam Assessoris, Illustrissimaque Vidua Elect. Sax. in  
*Lichtenburg* Consiliarii. Dn. Præceptoris, Promotoris  
atq; Agnati sui omni observantia cultu  
atatem colendi.  
*publica disquisitioni subicit*

*10*  
*320*

JOHANNES GEORGIUS NICOLAI  
Dresdens.

*In Auditorio ꝙtorum.*  
Ad d. 22. Septembr. horis consuetis.

WITTEBERGÆ,  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, ACAD. TYPOGR.  
ANNO MDC. XXXVIII.